



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

297 Labor docendi possitne cum beneficio commutari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

bor docendi cum ecclesiastico beneficio permutari. Nam si beneficia dumtaxat inter sese permutari possint, non autem beneficij cum alio iure spirituali permittatur permutatio, sicuti diximus, nullo modo labor docendi seu Theologiam seu quamlibet etiam scientiam permutari poterit cū beneficio, quicquid tandem sibi velit Panormitanus ad c. quia nōnulli. de magist. & ne quid exig. pro licent. docen. quem iustissimè reprehendit Nauarrus in Enchiridio suo Confessoriorum. cap. 23. nu. 100. in explicatione definitionis vitij Simonix. Quanquam Nauarrus ex alia ratione Panormitanum reprehendit; ex hac nimirū, quòd labor docendi non sit aliquid spirituale quantumlibet circa Theologiam versaretur; ideo que Simoniam non committi dum pecunia seu salarium pro labore docendi recipitur; Panormitano post Hostiensensem scrupulos inaniter iniiciente, quasi spirituale quid esset labor docendi, & per consequens ita Simonix crimen incurreretur per mercedis acceptionem; sed è contrario non fore Simoniam, si beneficium permutaretur cum labore docendi è quòd spirituale cum spirituali rectè permutari possit: cū tamen prorsus inuertenda sit oratio; quandoquidem cū docendi munus non sit aliquid spirituale, Simonia non erit aliquid pro munere illo recipere; sed Simonia committeretur si labor docendi pro beneficio rependeretur. Quale factum seu qualem conventionem DD. nostri parum propriè vocant per-

297

Labor docendi possitne cū beneficio commutari.

298

Docendi mercedem nō esse Simoniacam; sed pro beneficio docere, Simoniacum esse.